

Frauenmangel!

Die römische Bevölkerung setzte sich seit frühester Zeit aus zwei Völkern zusammen, den Latinern und den Sabinern. Wie es zu diesem Zusammenschluss kam, glaubten die Römer mit folgender spannenden Geschichte erklären zu können.

Urbs nova valdē crēverat. Nam multī hominēs finitimōrum populōrum in urbe Rōmā cōnsēderant. At Rōmānīs fēminae dēerant. Itaque Rōmulus cīvēs convocāvit et „Vōs irātōs esse videō“, inquit, „nam
5 aliī populī nōbīs cōnūbia cum virginibus suis negant. Ergō cōsiliū capere dēbēmus. Ego vōs adiuvābō!“

Paulō post Rōmulus finitimōs Sabīnōs ad spectāculum¹ invītāvit. „Certāmen praeclearū equōrum in urbe Rōmā habēbimus“, nūntiōs nārrāre iussit.
10 „Venīte et gaudēte nōbiscum!“ Multī Sabīnī cum liberīs et coniugibus Rōmam² contendērunt; nam certāmina equōrum cūctōs māgnō gaudiō explēbant.

Certāmina spectātōrēs dēlectābant, cum mīlitēs Rōmānī subitō sē in filiās Sabīnōrum iactāvērunt multāsque virginēs
15 rapuērunt. Patrēs eās servāre nōn poterant, quia arma nōn sēcum portābant. Sabīnī fūgērunt.

Domī autem bellum contrā Rōmānōs parāvērunt. Mīlitēs Rōmānōrum et Sabīnōrum iam pūgnābant, cum virginēs accurrērunt³ et māgnō periculō inter gladiōs properāvērunt.
20 Nam virōs Rōmānōs intereā adamāverant⁴. Itaque pācem inter eōs et patrēs frātrēsque suōs esse cupiēbant.

Tum imperātōrēs Rōmānōrum Sabīnōrumque pūgnam finīvērunt. Rōmulus Sabīnōs etiam inter cīvēs accēpit. Ex eō tempore⁵ Rōmānī Sabīnīque ūnus populus erant.



Eine junge Frau tritt zwischen die römischen und sabinischen Soldaten (Guercino, 1645)

¹ spectāculum, spectāculī n.: Schauspiel

² Rōmam: nach Rom

³ accurrere, accurrō, accurrī: herbeieilen

⁴ adamāre, adamō: lieb gewinnen

⁵ ex eō tempore: seit dieser Zeit

- 1 Der Text ist in Abschnitte gegliedert. Finde für jeden Abschnitt eine Überschrift.
- 2 Finde eine passende Übersetzung für *certāmen equōrum*.
- 3 Du machst eine Zeitreise und führst ein Interview mit Romulus. Er soll Stellung dazu nehmen, warum er die Sabinerinnen geraubt hat. Schreibe das Interview in dein Heft.